



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

IX. & Ethnici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

planationes, easdem tamen admittere, ad eludenda vaticinia Prophetarum, quæ in Christo Jesu *אֵלֶּיךָ לֵאמֹר* completa sunt. Velut illud Davidis: *Foderunt manus meas, & pedes meos*: tum istud: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*: atque hoc etiam: *Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*: & id quoque Isaïæ: *Et dedi te in sædus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum*: necnon & illud Zachariæ: *Ecce rex tuus veniet tibi justus & salvator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae*: tum & illud ejusdem: *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos*. Quæ ἀλλουροειδῶς Judæi pro arbitrio detorquent. Sed & inter novitios Judæos R. Manasse in opere De resurrectione multas patrum suorum ineptias, in Thalmude Rabbīnorumque libris consignatas, flecīt ad allegoricum sensum, seseque singulari tractatu aucturam spondet de allegoriis, quæ his scripturionibus continentur. Suo sibi denique gladio jugulatur ipsi, cum pervulgatum hoc inter eos usurpant effatum: *אין בתורה אפילו אות אחת שאין הררים נדורים תלויים בה*. *Ne unica quidem in Lege litera extat, è qua non pendeant montes magni.*

& Ethnici.

I X. Abeamus ad Ethnicos, quorum plerique hoc genere delectati sunt. Homeri, ut dixi, Poëmata in allegorias jam olim à plerisque tracta fuisse, vel ex uno hoc, quod attuli, Platonis effato colligitur. Extabant olim Homericæ allegoriæ Metrodori Lampisceni, extant hodieque & illæ Heraclidis Pontici, & Porphyrii. Nonnullas etiam Plutarchus in libro De vita & poësi Homericæ proposuit. Idem in libro De audiendis Poëmatis egregium earum exemplum offert, unde intelligas quos intra fines eæ debuerint consistere, ne vel progredierentur longius nimis curiosi & ingeniosi Interpretes, mysteria Homero affingentes, de quibus ne in somnis quidem cogitavit; vel in nudo verborum sensu hærent. Longe vero plurimas reperias apud Eustathium. Notabile est illud Dionis Chrysostomi in Oratione de Homero, solitum fuisse Homericis temporibus res naturales fabulis implicare. Addidisset, res quoque pertinentes ad mores & ad politica, & cujuscunque tandem generis, figmentis dissimulare. Hieroglyphica Ægyptiorum, eorumque significationes retulit in literas Chæremon, Augusti ætate. Nec multo post Cornutus Græcorum mythologiam naturæ rationibus accommodavit, eo libro, qui sub Phurnuti nomine circumfertur. Ab utroque, Cornuto, & Chæremone, τὸν μετὰ τὸν Ἰωνῶν τῶν παρ' Ἰλλουσι μυθολογικῶν ἑρμηνειῶν Græcanicorum mysteriorum allegorice interpretandorum rationem, accepisse Origenem testificatur Porphyrius. Edidit Palaphatus Ægyptius, λύσεις τῶν μυθολογικῶν εἰρημῶν. *Solutiones eorum que fabulose dicta erant.* Totus est in hujusmodi fabularum Græcarum allegoriis evolvens Fulgentius Planciades. Quasdam & illarum anagogas scripsit Michaël Piellus. At consumpsit diuturnitas temporis, Zenonis, Chryssippi, & Diogenis Babylonii libros, quibus fabularem historiam à nugis dejectam, traduxerunt ad Physiologiam, & Orphei ac Musæi nominibus præscriptas fabellas, tum & illas Homeri ac Hesiodi, ad suas de Diis opiniones applicarunt. Vana sane fuisset eorum opera, qui doctrinam suam velarunt figmentis, nisi fuissent qui dispellere tenebras, & arcana eruere studuissent. Imo vero fatendum est, quæcunque gens fabulatores habuit, eandem & suos fabularum Interpretes habuisse. Id quod de Assyriis & Arabibus Lucianus commemorat. Plura asserere poteramus in eam sententiam, si incerta res aut controversa ageretur. Satis profecto ex istis intelligitur μετὰ τὸν Ἰωνῶν hoc interpretandi genus Æbræis Scriptoribus pariter & *ἑῖς ἕωθεν* acceptum ac familiare fuisse; ac inique porro facturos, si qui in nobis culpæ audeant, quod in aliis probare coguntur.

Lucian. Macr.

*Vanitatem oraculorum suorum & Sybillarum eadem Ethnici agnoscent.*

X. Nunc antequam manum tollamus de tabula, postulare locus, ut de Ethnicorum oraculis disputaremus, quæ Prophetica facultatis specie quadam vulgi stoliditati diutissime illuserunt, & Christianæ legis Adversariis ad prædictionum Veteris Testamenti vim oppugnandam argumentum præbere possunt. Nam si Prophetias, quibus se tutetur, habet etiam mendacium & impietas, quid in iis præsidii veritas collocabit? Verum jam tum etiam cum maxime vigerent oracula, ita prolapsa erat eorum fides apud sanæ mentis homines, ut nihil inter eos esset contentius. Pythiam auro à Philippo corruptam, facete dicebat Demosthenes φιλιππίδην Chryssippum superstitionibus valde deditum, ut Stoicum decuit, oraculis totum volumen implevisse ait Cicero, *partim falsi, partim casu veris, ut sit in omni oratione sapissime; partim stiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete, & fors ipsa referenda sit ad sortes; partim ambiguus, & que ad Dialecticum referenda sint.* Audiamus præterea Origenem sic disputantem contra Celsum: *δωρατὸν μὲν ἡμῶν σωάζουσι διὰ αἰετοπέλου, καὶ τῶν τῶ ἀεπιπύτου φιλοσοφησάντων, οὐκ ὀλίγα εἶπεν εἰς ἀναξοπίω τῶ ἀεὶ ἢ πυθίας & τῶ λοιπῶν χρηστικῶν λόγου. δωρατὸν δὲ καὶ λαλιμῶνα τῶ ἐπιπούρω, καὶ ἑῖς ἀπαλομῶναι ἀπὸ τῶ*

Plut. Dem.

Cicer. libr. 1. De divin.

Origen. libr. 7. contr. Cels.